



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De contentione parochiæ. lxxvii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De contentione parochie. Cap. LXVII.

Q Vicunque Episcopus alterius Episcopi diocesim *Ex cōcil. Auernē.*
per XXX. annos sine aliqua interpellatione pos-
sederit, quamuis secundum ius legis eius videatur *cap. 3. 3.*
esse diocesis, admittenda non est contra eum actio re-
poscendi: sed hoc intra unam parochiam, extra verò nul-
lo modo: ne dum diocesis defenditur, prouinciarum ter-
mini confundantur.

*Vt Episcopi qui negligunt loca sua à vicinis episcopis, vt
se corrigant, admoneantur. Cap. LXVIII.*

I Tem placuit, vt quicumque negligunt loca ad suam ca- *Ex cōcilio
Africa-
no, ca. 76*
thedram pertinentia in catholicam vnitatem lucrari,
conueniantur à diligētibus vicinis episcopis, vt id agere
non morentur. Quod si intra sex menses à die conuētio-
nis non effecerint, qui potuerit eas lucrari, ad ipsum per-
tineant: ita sanè, vt si ille ad quem pertinuisse videbatur,
probare potuerit, magis illius electam negligentiam ab
hæreticis, vt impunè ibi sint, & suam diligentiam fuisse
præuentam, vt eo modo eius cura sollicitior vetaretur: cū
hoc iudices episcopi cognouerint, suæ cathedræ loca re-
stituunt. Sanè si episcopi intra quos causa versatur, diuer-
sarum sunt prouinciarum, ille primas det iudices, vicinus
prouincia est locus de quo contenditur. Si autem ex com-
muni placito vicinos iudices elegerint: aut vnus eliga-
tur, aut tres: aut si tres elegerint, aut omnium sentētiam
sequantur, aut duorum.

*De duobus Episcopis altercantibus de parochia
cuiusdam basilicæ. Cap. LXIX.*

I NTER memoratos fratres nostros, Fulgentium Asti- *Ex cōcil.
Spalensi,
ca. 1.*
gitanum, & Honorium Cordubensem Episcopos, discuf-
sio agitata est, propter parochiam basilicæ cuiusdā quam
horum alter Celtacensem, alter Reginensem asseruit. Et
quia inter vtrasq; partes hætenus limitis actio vendicata
est, cuius quāuis vetusta retentione, nullū iuris præiudi-
cium adferret: ideóque ne indubiū vltra inter eos nostra
deuocaretur sententia, prolatis canonibus synodalia de-
creta perlecta sunt, quorū authoritas præmonet, ita oportere
inhiberi cupiditatē, vt ne quis terminos alienos vsur-
pet. Ob hoc placuit inter alternas partes inspectiōis viros
mittēdos, ita vt diocesis possidētis, si tamē basilicā veteri-